Quelle: https://manuscripta.at/?ID=6898
Copyright: Wien, Dominikanerkonvent



gritatem in omnibus pene deficere. oppida demolliri. deuastari vrbes. sacra dei templa igne cremari. hymnos. laudes. sacramentaq; omnia ab omnib⁹ fere preter missa videret. tantam ecclesie iacturā. tāq; deplorandum excidiū equo animo ferre non potens. tensis in celum palmis luctu singultu. omniq; doloris acerbitate maceratus. corpore. menteq; prostratus. Noctes diesq; ore ⁊ corde humillīas offerens preces dei exorabat maiestatē. ei⁹q; implorabat clementiā. vt hec tanta extingueret mala. aut eius fidelib⁹ constantiam patiētiāq; in ea pressura. iacturaq; largtretur. aut ipsum de hac lugubri vita saltē subriperet. ⁊ de tertio se exaudiendum reuelatum est ei. quo factum fuit. vt tertio obsidionis mense agitari febribus ceperit. qui optatum efflagitatūq; votuz de ꝓximo conferendum agnoscēs omnibus eiectis curis. septem psalmos dauid quos penitentiales nos appellamus. q̄s ipse primus se legit. vberrime flēdo eos sepissime relegebat Fratres canonicosq; in vnū congregatos solabatur. sancta saluberrimaq; documenta eos docebat. et miro q̄dam suasu in sancte religiōis proposito confortare desinebat nūq̄. Temporaliū terrestriūq; rerum testamentum nullū fecit. qr vnde faceret xp̄i pauper habebat minime. īmensi tñ thezauri sapientie sue bibliotecam per totum. s. orbem effundendam reliquit. Itaq; susceptis fidei sacramentis. ore mēteq; humiliē deū laudās. decima egritudinis die. quinto kalendas septembris. angeloꝝ comitante caterua. pia sanctaq; anima illa corporis soluta domicilio. ad suū rediit creatorem Amen.

Explicit vita sancti Augustini ep̄i.

Barbarice gentis dec⁹ Augustine ꝑhēne
Horrida quē nobis aphrica terra tulit
Qui scripturaꝝ ꝓfers archana sacrarū
Eloquijs reserans abdita cuncta tuis
Doctior ingenuaq; oī cultissim⁹ arte
Et studio prestans. ingenioq; nitens
Quē nihil obscurū latuit. s; ⁊ oīa clarent
Atq; hūana sil' dogmata ⁊ alma parēt
Cui⁹ ⁊ īstruimur doctrinis atq; mōemur
Exēplis ꝓbitas cuius in orbe micat
Millia libroꝝ ꝑte pater alme legunt̄
Editaq; promūt quicquid vbiq; latet
Sis fautor oīb⁹ pi⁹ o sctissime presul
Atq; deo tuas offer ad alta preces

Incipit cōmendatio regule eiusdem.

Satis quoad potuim⁹ breuiter vitā gestaq; diui Augustini perstrinximus. quatenus ad venerandū eius celsitudinez redderemur feruentiores. magnificaremusq; interpretandum opus. qm̄ ex tāto est doctore ꝓfectum. Hunc autem. vt tanti operis nō modo lectores. verꝫetiam attentissimi simus obseruatores. de ei⁹ prestantia q̄ppiam reseramus. Nempe ex omnibus regulis. sub quibus viri religiosi in dei militant ecclesia. ea que a precellētissimo doctore Augustino cōdita est proculdubio primatum tenet. tum ob ipsius instituentis excellentiam. Nāq; regularum eonditorum aliqui cathalago minime ascribūtur sanctoꝝ. Aliqui ⁊ si ascripti sint sapientia non polluerunt. Aliqui ⁊ si sanctimonia ⁊ ingenio valuerint. non tñ magne extiterunt auctoritatis. Constat autem nonnūq̄ plus ad salutares sententias proferendas. sanctitatē valere q̄ sapientiam. Interdum autem econtra qnoniam simplicitas ipsa q̄q̄ sancta sit. si tamen per sapientiam non dirigatur min⁹ vtile. minusq; laudabile profert iudiciuz Si autem ⁊ sanctitate. ⁊ sapientia quis valeat auctoritatis ꝟo expers sit. in condendis instruendisq; preceptis haud est facile recipiendus. Tria igitur hec. vt pote sanctitas. sapientia. ⁊ auctoritas cōferunt institutis dignitatem. quibus q̄tū doctorum princeps Aurelius Augustinus claruerit. efficax ab vniuersis nationibus redditur testimonium. Et enī ip̄m omnis humane. diuineq; sapientie splendorem maximū. Ipsum sanctitatis speculum. Ipsum ⁊ pontificij merito refulsisse dignitate. omnis orientalis ⁊ occidentalis testatur ecclesia. Tum ob exemplaris prestantiam. omne quidem opificiuz